Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Friderici Karg Bambergensis Franconis. Pax Religiosa Sive De exemptionibus, & subjectionibus Religiosorum

Karg von Bebenburg, Johann Friedrich

Herbipoli, 1680

IX. De confraternitatibus laicorum in Ecclesiis Regularium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38315

Visual Library

majore vitæ parte, formiter addicti ſunt
2, ut in ipſiſmet monaſteriis, domi-
Regularibus, aut prioratibus vivant:
ut conſtituti ſint ſub obedientia Supe-
rioris Regularis, more ipſorum mona-
gularium, ita ut vitam quaſi Regularem
ducant intra ſepta clauſuræ; & non mo-
re Populi cum uxoribus ac familia, ſive
in ambitu, vel recinctu monaſterii, ...
Domûs Regularis exiſtant.

CAPUT IX.

De confraternitatibus Laico-rum in Eccleſiis Regularium.

439. *Regula aſſiſtit Diœceſano quoad Congre-gationes ſpirituales.*
440. *Requiſita pro Confraternitatibus eri-gendis.*
441. *De authoritate Epiſcopi neceſſaria ...diverſis.*
442. *De acceſſu Confraternitatum ad ...as mortuorum.*
443 *Privilegia & conſuetudines ...pendantur.*

439. Cùm ad Diœceſanum in ...

tualibus, & ad Principem in politicis pertineat, inquirere de Societatibus, Congregationibus, tribubus &c. ne prohibita conventicula, cum præjudicio Catholicæ Religionis, bonorum morum, aut reſpectivè tranquillitatis Civilis periculo fiant, ſive abuſus & corruptelæ inducantur: Diœceſano, quoad congregationes ſpirituales, aſſiſtit Regula, niſi ſpeciale privilegium Apoſtolicum uſu receptum aliud diſponat.

440. Clemens VIII. Romæ 24. *Decembris* 1604. pro Confraternitatibus in orbe Chriſtiano ubilibet erigendis ſequentia conſtituit: I. unam tantùm in ſingulis locis ejusdem nominis vel inſtituti erigi poſſe: accedente ſemper Ordinarii conſenſu, qui Confraternitatis ſtatuta examinare & approbare debet, retentâ continuò facultate eadem moderandi, aut corrigendi. II. non poſſe promulgari privilegia, indulta, gratias, indulgentias &c. niſi priùs ab ordinariis recognoſcantur, & Decreta pro publi-

eatione interponantur. III. Eleemoſy-
nas à Confraternitatibus juxta formam
ab Ordinario præſcriptam collectas ex-
pendendas eſſe in ornatum Eccleſiarum
quocunque modo ad easdem Confra-
ternitates ſpectantium, aut alios pios
uſus ordinario bene viſos. IV. Confeſ-
ſarios Regulares à Confratribus eligen-
dos indigere præviâ approbatione tum
Superiorum ſuorum, tum Epiſcopi lo-
calis. V. Confeſſariis eorum non com-
petere facultatem abſolvendi Confratres
à reſervatis, vel reſervandis S. Sedi Apo-
ſtolicæ, aut Ordinario loci. VI. Litte-
ras inſtitutionis, ſeu aggregationis eſſe
gratìs omnino ac nullâ prorſus mercede
expediendas. VII. Imponit graves pœ-
nas violantibus hanc ſuam Conſtitutio-
nem.

441. Illud quoque prætereundum
nō eſt, quòd Confratres in Oratoriis aut
Eccleſiis ſuis pro 40. horis abſque li-
centia Epiſcopi Evchariſtiam exponere
nequeant, ùt S. Congregatio Regulari-
um

um 10. *Auguſti* 1601, apud Gavantum
reſolvit: imò nec eam ibidem conſer-
vare, juxta eandem 21, *Martii* 1594.
multò minùs Congregationem in Ec-
cleſiis monialium erigere, teſte eodem
Gavanto. Quoad proceſſiones verò
ſicut ad publicas authoritate Epiſcopi
inſtituendas invitari poſſunt, & accede-
re debent; ita prohibendi non ſunt à fa-
ciendis propriis, in diebus feſtis earun-
dem Confraternitatum, dummodo non
extendantur per vias; ſed circa muros
Religioſorum ducantur, Apoſtolico
privilegio & inveteratâ conſuetudine fe-
cuſis: pro talibus enim aliàs expreſsâ
Epiſcopi licentiâ opus eſt; quemadmo-
dum etiam ſi Capellani Confraternita-
tum ſolemniter in earundem Eccleſiis
celebrare, Confeſſiones audire, ſepeli-
re mortuos, & alia his ſimilia peragere
velint, de quibus videri poteſt Auguſti-
nus Barboſa in *Collect. Bullar.* quiIdem
in *Collectaneis Doctorum ad S. C. Tri-
dent. ſeſſ.* 22, *Refor. c.* 8. *n.* 24. refert à

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Congregatione Regularium aliquo-
ties, præcipuè in *Oſtienſi*: 2. *Octobris*
deciſum fuiſſe, quòd Confraternit-
Laicorum in Eccleſiis Regularium
emptorum inſtitutæ ſubſint juriſdi-
ni ac viſitationi Epiſcopi, etiam
Capellas, in iis, quæ reſpiciunt Con-
fraternitatum adminiſtrationem
tantùm, quæ ſunt ſub immediata p-
ctione Regum, exceptis.

442. De acceſſu Confraternit-
ad Mortuorum exequias duo à S.
gregatione Rituum eſſe deciſa
dem Barboſa *de off. & pot. Paro-*
c. 26. *n*. 61. I. in *Bononienſi* 9. D-
bris 1617. illas eò accedere non p-
niſi ſpecialiter & expreſsè vocat-
In *Andrienſi* 22. Novembris 16
crucem ab iiſdem erigi non poſſe
do vocatæ Cadaver aſſociant, niſi
liter illis à S. Sede vel Epiſcopo
dultum ſit, prout B. Pius V. A.
idipſum Confraternitati Roſarii

ad proceſſiones, aut aſſocianda cadavera defunctorum accedit, conceſſit.

443. Cùm igitur in his & ſimilibus privilegia & Conſuetudines conſiderari potiſſimùm debeant, dummodo non ſint abuſus, aut corruptelæ particulares magis ex negligentia prædeceſſorum Epiſcoporum natæ, quàm quòd ſint veræ ac legitimæ conſuetudines generales hujus vel illius Diœceſis: incumbit Epiſcopo, ut, quoties caſus tulerit, omnia diligenter examinet, nec nimis juſtus ſive exactus ſit in manutenendis etiam minutiſſimis; ac neutra pars factiosè totum ſibi vendicare, & omnia alteri parti detrectare intendat.

Caput X.
De Immunitate locali.

444. De Iure Aſylorum veteris Teſtamenti.
445. In Lege nova major eſt immunitas Eccleſiarum.
446. Effectus immunitatis localis.
447. Conſtitutio Gregorii XIV. ſuſtulit omnem materiam inutiliter diſputandi.